



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Gula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Dispensatio. De gratia Sacramentorum, vide in suis titulis.

G V L A.

A **E**ST vitium inclinans ad comedendum, & bibendum inordinatè. Eius filia sunt quinque, Hebetudo mentis, Immoderata lætitia, Multiloquium, Scurrilitas, Spurcitia, cap. 23. num. 119.

B Gula ex se est venialis. Est tamen mortalis, quando in ea ponitur vltimus finis, vel violatur aliquod præceptum obligans ad mortale, quando imminet damnum notabile salutis propriæ, vel proximi, vel ob eam non soluuntur ea quæ debentur ex iustitia. Aliàs verò est venialis, quamvis sine necessitate cibo & potu se ingurgitet vsque ad vomitum. c. 23. n. 119. Nou. n. 120.

Peccat venialiter qui incepta digestionem & nondum finita bibit, nisi iusta causâ necessitatis aut sitis excuset. cap. 21. n. 13.

Peccat mort. qui vescitur carnibus, vel alio cibo vetito in aliqua regione, etiam eo tempore, quo liceret ei, vesci illis in sua. Sicut è contrario non peccat vescens eis in regione, per quam transit, vel in qua moratur, quamvis in sua non liceret. c. 23. n. 120.

Peccat

HABITVS. 33^v

Peccat mort. qui comedit carnes humanas, vel tradit eas alteri comedendas citra maximam necessitatem, quamuis neminem ob id occidat. num. 122.

HABITVS.

HABITVS animi est qualitas inhaerens ei. **A.**
Habetur animo, vel alicuius potentia eius inclinans illam ad operandum. Præf. 5. num. 7. No-
uo num. 12.

Qui defert habitum exteriorem, vel signum indicans professionem falsæ sectæ, peccat mortaliter, non tamen propter solam omissionem signi, vel habitus Christianissimi. c. 11. num. 25.

Habitus non potest mutari ab vno con- **B.**
iuge sine licentia alterius in habitum religiosorum tertij ordinis. c. 12. n. 62.

Mutare habitum virilem vel femineum iusta de causa non est peccatum. Quod si id fiat ex leuitate, tantum est veniale. de. se. ca. 23. num. 22.

Qui vestit se habitu religionis in opprobrium illius, vel eo vitur ad turpia personatus, peccat mort. Secus si ob solam leuitatem, dummodo nullum inde opprobrium contingat religioni. c. 23,

Quis.